

Heinrich Rahn

**Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rhane, I.U.D. & Profess. P. Ad Exequias, Quas Matronae ... Catharinae Hassen/ Coniugi charissimae, Viduus moestissimus paratas cupit, Cives suos in aedem B. Virginis ad horam dimidiam primam ... invitat**


Rostochi[i]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777514893>


Druck Freier  Zugang



32  
Rhane, H.,  
in C. Hasse,  
uxor. 1, M. Röber. 2, T. Varmeier.  
Rostock, 1638.







125  
RECTOR

Universitatis Rostochiensis,  
HENRICVS RHANE,

J. U. D. & Profefs. P.

AD EXEQVIAS,

Quas

*Matronæ Honestissimæ*

CATHARINÆ *Wormer*

*Gassen/*

Conjugi charissimæ,

*Viduus mœstissimus paratas cupit,*

Cives suos in ædem B. Virginis ad  
horam dimidiam primam serio &  
diligenter vocat.



ROSTOCHI,

Typis NICLAI KILII, Academ. Typogr.

Anno M DC XXXIIX.

89


124

HENRICVS RIANNE

CATHARINE

Rostock

80



**N**ostra Civis est, Academię cives,  
 quam hodie domo suã elatam  
 comitabimur, CATHARINA  
 HASSIA, omnium sui sexus,  
 virtutum, generisq; splendore  
 clarissima, HASSÆORUM enim  
 apud nos celebre nomen est, Primo quidem à  
 JOACHIMO HASSÆO, primario hujus urbis  
 Cive, & ararii ecclesiastici præfecto, Patre de-  
 functæ, ut & M. MAECO, LL. Orientalium in  
 hac Academia olim Professore celeberrimo, si-  
 mul MATTHÆO, apud Perlebergenses quon-  
 dam Senatore & Secretario, fratribus JOA-  
 CHIMI legitimis ac germanis. Quibus accedit Pa-  
 teris MATTHIAS Prudentissimus Vir, Civitatis  
 Havelbergensis quondam Consul meritissi-  
 mus, & ANNA SALMANS consulis ejusdem  
 loci filia pudicissima, quibus CATHARINA no-  
 stra, ex avis scilicet orta est. Porrò Fratrem ha-  
 buit Germanum Clarissimum Consultissimūq;  
 Virum, JOACHIMUM HASSÆUM, J. U. Docto-  
 rem, quem ante biennium ipsa extulit; super-  
 stitibus duabus sororibus *in memoriam* GERTRUDE,  
 femina lectissima, Viri Doctissimi hone-  
 Gg 2                      sissimi-



stissimiq; Dn. MARCI LUSCHOVNI, Civis apud  
nos primarii conjugæ, & ANNA, speciosissima  
castissimaq; virgine, ut & BERNHARDO ju-  
vene florentissimo, fratre consanguineo, Ha-  
ctenus à Patre genus deduximus, nunc matris  
quoq; familia & decus percensenda sunt. Fuit  
autem ista CATHARINA, Viri Prudentissimi  
Doctissimiq; Dn. JACOBI CRULLII, Senato-  
ris & Camerarii hujus Reipublicæ gravissimi,  
honestissimæq; matronæ ANNÆ SCHULTEN  
charissima filia. Avus ab hoc stemmate JACO-  
BUS, senior, civis sui temporis primarius, litera-  
rum pariter ac literatorum amantissimus exti-  
tit, Avia autem MARGARETHA ZACHARIÆ,  
matrona inter cæteras primaria. Accedit autē,  
ut ex ejusmodi parentibus suis apud nos edere-  
tur in lucem, anno redditæ salutis, millesimo  
quingentesimo nonagesimo septimo, vicesi-  
mo Januarij tertio die, proximeq; sanguine Je-  
su Christi Servatoris sui mundata per lavaerū  
regenerationis, cum annis incrementa simul  
caperet virtutum & pietatis; iisq; exercere-  
tur artibus, quæ ad rem familiarem tuendam  
ordinandamq; faciunt. Ineratq; illi sedula qua-  
dam & in agendo prompta atq; efficax indoles,  
quæq; apprehenderet cito, & intelligeret, judi-  
care


care autem deinceps & statuere posset, ex simi-  
libus aut similia aut eorum contraria. Orna-  
bat simul istam ingenij celeritatem elegantia &  
concinnitas sermonis, non absq; salibus ac le-  
pore honestissimo; Animi pro conditione sua  
non infirmi, sed, quemadmodum se res dabant,  
presentis. Quæ omnia eum ad genus & nata-  
les accederent, fortunæ dotibus non destituta;  
factum est, ut neq; virgo, neq; vidua diligi, atq;  
in tædas reposei non potuerit. Et primo qui-  
dem nuptui dabatur Viro Clarissimo & Con-  
sultissimo Dn. MATTHÆO RÖBERO J. U. Do-  
ctori scientissimo, cum quo annum in patria  
transegit, secuta virum in confinium Marchiæ  
Electoralis Perlebergam usq;, urbem districtus  
Prignizensis præcipuam. Quo loco Marito suo  
ad Consulatum expetito, nobilissimis quibus-  
que familiis atq; civitatibus ex singulari fide ac  
eandore, jam notissimo, ipsa per quatuordecim  
annos tranquillo jucundoq; prorsus, licet steri-  
li conjugio, in adiutorium quippe, non tam in  
partus nata, fideliter illi & flagrante studio ad-  
hæsit. Quoad ille diem supremum functus  
repetendæ patriæ causam ex insitocjus amore,  
viduæ jam & propinquis destituta, morte sua  
reddidit, Reversa ergo ad GERTRUDEM con-

sanguineam per biennium solitudini vacavit,  
digressa post in amplexus Clarissimi & Con-  
sultissimi Viri Dn. THEODORI VARMEIE-  
RI J. U. Doctoris & Practici apud nos eximii,  
nunc vicarii Antecessoris, & tertium vidui,  
Cum quo quinquennium cum dimidio ead-  
dem fide, tranquillitate ac fortuna confecit,  
nunquam mater, nunquam non charissima  
conjug. Octavus abhinc dies fuit, quo non-  
nihil queri & languescere incepit, in gravescen-  
te per horas morbo. Quanquam enim remit-  
tere polliceriq; meliora videretur, resumit ta-  
men ex insperato vires suas, intenditque ita se  
epidemiū hujus temporis malum, ut natura  
pariter, pariterque illius minister medicus, tan-  
quam nihil deinceps suffecturi, desponderent,  
Ergo illa colligere animum ac res suas omnes  
parare, tanquam abitura ex hoc mundo, in quē  
non nisi hospes venerat. Seponere enim ex o-  
culis, & procul habere mortales, nimumque  
brevis vitæ spes, committere domum, conju-  
gem, seque ipsam in fidem ac patrociniū  
Creatoris. Cujus causa Reverendum & Cla-  
rissimum Virum Dn. *Constantinum Fidlerum*  
Pastorem & Superintendentem vigilantissi-  
mum ad se vocari, editaq; peccatorum confes-  
sione

sione ac impetratâ veniâ, pasci se corpore ac sanguine Redemptoris sui, Spiritusq; sancti gratia per veram obstinatamq; fidem ad iter suum coeleste instrui durariq; iussit. Id quod supremo Junij paulo ante quam plenus meridies esset, inter preces ac suspiria, nihil ab animo, cujus compos ad extremum erat, alienata, gratulabunda sibi ac læta, confecit, quadragesimum secundū ætatis annum sic ingressa, ut dimidiam ejus partem non transierit. Magnum quidem illa familiæ suæ, marito imprimis, conjugii istius fati recenti, dolorē attulit, & quē toties, quanquam evitare aliquando petierit, experiri tamen adhuc debuit. Neq; ignorare illius magnitudinem possumus, si ita comparatum sit, quemadmodum cum eruris brachijsq; partibus, quæ semel diffractæ, si redierint ad infortunium, & longe majorem vim perpessæ sunt, & majorem cruciatum afferunt. Ceterum animi robur, quod tertia vice in moestissimo viduo tentatum atq; impetitur fuit, non potest, quanquam satis fuerit saucium, omnino prostratum & detritum esse, quippe qui bis resumere spiritum, & colligere se ex habitu sapientis ac constantis viri debuit. Cui quibq; ista res, quippe paulo post à mundi exordio in hoc usq; momentum

rum quotidiana, in sperata per communem no-  
stra urbis valetudinem esse non potest. Qua-  
propter ille, qui tam frequenter prosecutus est  
defunctos, solariq; potuit superstites, quoties  
id fecit, quod Christiani hominis est, non po-  
tuit ejusmodi quicquam non ante cogitare, &  
ad quemcunq; casum providere animo suo ac  
consulere. Nihil ergo humani à sese alienum  
hactenus opinatus, nihil facturum est à Christia-  
no alienum: Luctui modum ac terminum, in  
Deo spes suas ac fiduciam, in futura omnium  
piorum beatitudine solatium super charissimæ  
conjugis discessu, collocaturus. Et quia tam  
multos in hac urbe habet, inter quos & publi-  
cus & suus quoq; luctus divisus est, minimam  
sane ejus partem retinere, ac, volentibus nobis,  
omnem potius permittere debebit. Vos ergo  
cives Academiae & generi & virtutibus claris-  
simæ foeminae, viduo imprimis, Amico ac Fau-  
tori vestro promptitudinem & officium in hoc  
funere, animumque conferendi unà cum solu-  
tus partem, ex frequentia demonstrate. Ap-  
precaturus & jam & in posterum testatiora  
vobis omnia, quemadmodum votis & comi-  
ssuratu, cum funestus esset, merueritis. Valete  
bene. P. P. 3. Julij 1638.












sione ac impetrata venia,  
sanguine Redemptoris sui, S  
tia per veram obstinatamq  
coeleste instrui durariq; ju  
mo Junij paulo ante quam  
set, inter preces ac suspiria,  
jus compos ad extremum e  
abunda sibi ac læta, confec  
secundū ætatis annum sic in  
ejus partem noni transferit,  
illa familiæ suæ, marito i  
istius satis recenti, dolorē a  
quanquam evitare aliquan  
tamen adhuc debuit. Neq;  
gnitudinem possumus, si in  
quemadmodum cum cruris  
quæ semel diffractæ, si redi  
& longe majorem vim per  
rem cruciatum afferunt. O  
bur, quod tertia vice in mo  
ta tum atq; impetum fuit  
quam satis fuerit laucium,  
& detritum esse, quippe qu  
tum, & colligere se ex hab  
stantis viri debuit. Cui qu  
paulo post à mundi exordio



corpore ac  
sancti gra  
ter suum  
od supre  
eridies ef  
nimo, cu  
a, gratu  
gelimum  
limidiam  
quidem  
conjugii  
uē toties,  
s experiri  
illius ma  
atum sit,  
partibus,  
fortuniū,  
& majo  
nini ro  
duo ten  
st, quan  
ostratum  
ere spiri  
is ac con  
s, quippe  
; momē  
tum